

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 3, 1849,  
enthaltend fol. 74a–231b von Bd. 2 des Autographs (19 555-2) sowie einen Index

zu Bild Nr.

068

066

072

062

077

057

117

017

167

567

necromantiam fit, potest in aqua fallere intuentem. Ipse etiam Josephus auctor est, Salomonem cum patre thesauros defodisse in loculis modo mechanico in terra, vel verius modo mathematico, quorum tria millia auri talenta Hircanus levavit de sepulchro David, quibus civitatem Jerusalem ab obsidionis injuria liberavit. Herodes autem magis praesumtione quam consilio idem aggredi voluit, multos ex satellitibus igne ex interiori parte prodeunte amisit, sicut patet P. 1. fol. 97. B. Ex his omnibus patet, quod in loco columnarum praedictarum suspicione satis evidenti potest teneri, quod gigantes aliqui sint ibi locati, et hoc propter ingentem ferream portam, (b) quae propter thesauros tantum non indigeret tanta latitudine; sed et thesauri sunt ibi reconditi, quod patet ex tremore columnarum, et ex fortissima conclusione, et ex periculis perscrutari volentium, agente daemone, quibus nisi arte aliqua resistatur thesauros asportari non permittunt, sicut etiam patet in thesauris cum David et Salomone sepultis, de quibus facit mentionem Josephus Libr. VII. antiquit. cap. ultimo, et Magister in Speculo histor., de morte David, et Magister Vincentius in Speculo histor. L. 27. cap. centesimo.

Verum etsi jam dicta phantastica videantur, negari tamen non potest cogentibus ruinis, olim quid magnificum ibi fuisse, et sub terra quid occultum mirabile, cui hodie custodia solers adhibetur. Opinor autem, certis conjecturis edoctus a Plinio Nat. histor. Lib. 36. Cap. 13., hic subitus esse illum horridum Maronis labyrinthum, qui itinerum ambages occursusque ac recursus inexplicabiles continet, ubi qui intravit, numquam viam exeundi inveniet. Ferunt Daedalum ad Aegyptum penetrantem admiratum hujus operis artem similem in Creta regnanti Minoi construuisse. Sed Cretensis deficit, Thebanus autem, hoc est hic, et ne homines intrantes perant obturatum porta ferrea et repagulis divulgant. De quatuor labyrinthis vide infra fol. 179 A. De Daedalo et ejus labyrintho in Aegypto constructo vide Cusa de Ecca (?) populi L. 8. c. 2.

Aliqua satis mira exponuntur.

Visis columnis istis ulterius processimus per longum vicum ad domum quandam insoliti artificii, et ingressi sumus ad videndum miram humanae artis industriam. Siquidem in hac domo

Ende

Anfang

